

curatorem stipulatorem illum fuisse adhibitum. Hæc in opinione fuerunt interpretes omnes, dñ simpliciter scripserunt, non animo donandi præsumi adhibitum stipulatorem. Ita gl. 1. in l. quæ dotis. ff. soluto matrim. glo. in l. Scia. ff. de dote præleg. & in l. cum maritus. §. vlt. ff. de pactis dotal. Bar. in d. l. quæ dotis. num. 2. qui hoc in casu secutus est antiquos. Idem affirmarunt Cyn. & Saly cet. in l. 2. C. de iure dotium. Bal. in l. filia. q. 7. C. famil. erciscun. communem testatur Iaf. in d. l. quæ dotis. nu. 10. & nu. 11. & Claud. nu. 2. Campeg. in tract. de dote. par. 3. n. 108. Bal. Nouel. in tract. de dote. par. 6. priuil. 69. & Lucas de Penna in l. 3. in præf. 167. C. de apochis publ. lib. 10. Et hæc quidem sententia probatur.

Primò ea ratione, q̄ donatio in dubio non præsumitur. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. & l. si cum aurum. ff. de solut. & latè scripti lib. 2. de arbit. iud. c. casu 88. col. 1.

Secundò accedit, quod in muliere præsumi multo minus potest donatio, quam in viro, cum mulier sui natura sit auara. l. sed si ego. in fin. ff. ad S. C. Velleia. & scripti supra in præsumpt. 6.

Tertiò confert text. l. si mulier de suo. ff. de iure dot. vbi si mulier dotē marito dedit, & matrem adhibuit, vt dos sibi restitueretur, filia ipsa non prohibetur mutare dotale instrumentum. Nō ergo dicitur filia donasse matri, alioqui impediretur mutare ipsum instrumentum.

Quartò accedit text. l. cum maritus. §. vlt. ff. de pact. dotal. de quo dicemus infra in quinto casu.

Quintò suffragatur text. l. cū quis decedens. §. nuptura. ff. de leg. 3. quem explicabimus infra in quinto casu.

Quartus est casus, qñ sumus in dubio, & stipulator ille fuit adhibitus ad stipulandum sibi reddi totam dotē, soluto matrimonio simpliciter. Id quod potest intelligi, vel diuortio, vel morte ipsius mulieris, vel morte mariti. Hoc in casu Doctores commemorati superiore casu, præfertim Sal. in l. 2. col. 2. vers. si totā. C. de iure dot. sentiūt non censi adhibitum animo donandi, sed tanquam procuratorem. Quandoquidem siue consideramus dissolutionem matrimonij, morte mariti, locum hñt rōnes considerate supra in 3. casu, si verò consideramus solutionē matrimonij morte mulieris, procedūt rōnes allegatæ superiore in casu. Et in dubio hoc præsumitur adhibitus ad stipulandum in casu soluti matrim. p. morte mulieris, ne alias indotata maneat, cōtra l. 2. ff. de pact. dotal. sic declarat Bal. Nou. in tract. de dot. p. 6. priuil. 69. n. 2.

Quintus est casus, qñ sumus in dubio, & stipulator ille fuit adhibitus ad stipulandum sibi reddi partē dotis, soluto matrimonio morte ipsius mulieris. Hoc in casu recedē scripti Bar. in d. l. quæ dotis. n. 2. ff. sol. matr. quæ scripti sunt Ang. & Salic. vt ibi refert Bologn. num. 35. in fin. scripti inquam Bar. præsumi illum adhibitum ad stipulandum animo tanq̄ donandi. Et hæc quidem sententia, quæ & mihi placet, his iuribus probatur.

Primò ex d. l. quæ dotis. vbi stipulator adhibitus est à muliere, ad stipulandum partem dotis sibi reddi à marito, cui eam dare promiserat mulier, et si nunquā dederit. Deinde decessit mulier hærede instituto marito, qui hæreditatē adiuit. Ille stipulator cōuenit maritum heredē, vt sibi restitueret partem illā dotis, quam sibi reddi stipulatus fuerat. Rñdit African. quod est maritus ille adiuit hæreditatē illam dānosam, qđ nihilominus tenetur restituere partē illam dotis. Hic apparet stipulatōrē illum fuisse adhibitum aō donandi, quia si fuisset adhibitus tanquam procurator, frustra fuisset dubitarum apud Africanū, an maritus teneretur restituere partē illā dotis, quia si maritus fuit hæres mulieris, & ob id, si iura tanq̄ actiones ipsius mulieris transferunt in ipsum maritū heredē, vt vulgātū est, sc̄ queretur dicendū, qđ stipulator ipse nihil potuisset petere à marito illo, quemadmodū non potuisset ab ipsa muliere ad cuius vtilitatem fuisset

stipulatus. Verum quia stipulatus est ad vtilitatem propriam, ob id animo donandi præsumitur à muliere adhibitus, atque ita à marito hærede mulieris, partem illam iure petebat. Et si dicatur, esse aduertendum, quod licet cōcedi possit, stipulatorem illum fuisse adhibitum animo donandi, attamen is animus donandi non colligitur, ex eo solo, quod adhibitus sit ad stipulandum partē dotis, sed quia expressum fuerat ab ipsa muliere, quod ipsi stipulatori donabat partē illā dotis. Nam rñdetur, hanc esse maximam diuinationē, cū nō appareat de expressa ipsa donatione. Et certū est, qđ ea, quæ facti sunt, non præsumuntur. l. in bello. §. facta. ff. de captiuis, & postl. reuers. cum simil. Hic ergo animus donandi colligitur ex eo, quod adhibitus ille fuit, ad stipulandum totam ipsam dotem. Et ratio differentie est præter, Bar. & alios, quia qñ adhibuit, ad stipulandum totam dotem ei reddi, is stipulator videtur adhibitus ob id, quod sit magis idoneus, & diligens exactor, & quia in iudicio facilius, & honestius esse potest quā mulier, cuius honestas non patitur, vt iudicum sublellia frequentet. Hæc ratio cessat, quando stipulator fuit adhibitus ad stipulandum partem tantum ipsius dotis. Quandoquidem si causa vnus partis dotis voluit esse posse in iudicio, & si idoneā exactricem existimauit, idem esset dicendum de alia parte. Cum ergo cessat illa causa, nec alia excogitari possit, quam donationis, ipsa donatio præsumenda est.

Non est obstat hic illa interpretatio Comensis, quam cōmemorat, & probat Iaf. in d. l. quæ dotis. n. 15. cum dixit ibi non fuisse dubitatum, an aō donandi adhibitus fuerit ille stipulator, vel tanquā procurator, sed tantum dubitasse Africanum, an is maritus, qui adiuerat hæreditatem dānosam, cōueniri potuerit ab eo stipulatore. Nam rñdetur, African. ibi diffiniuisse, an ille maritus conueniri potuerit, sed id quidem non nisi præsupposito iure stipulatoris exigendi eam partem dotis, quā exigere non potuisset à marito, si solum adhibitus fuisset ad stipulandum tanquam procurator, quia (vt dixi) nulla ipsi stipulatori cōperisset actio, contra maritū heredē mulieris, sicuti nec cōtra ipsam mulierē concessa ei fuisset. Non est obstat, qđ subiungebat idē Com. probatus à Iaf. præcitato in loco, cū dixit, stipulatōrē illū fuisse creditorem mulieris, atq; ita tanquam talem, non aō donandi fuisse à muliere adhibitum. Nā rñdetur, stipulatōrē numeratū inter creditores ab Afric. respectu exactōnis, atque ita post stipulationem adhibitam, non autem qđ antea creditor esset. Nam illa esset diuiniatio, & præsumere factum, hoc est, illum credidisse aliquid mulieri.

Secundò accedit text. l. 2. C. de iure dotium, qui candē fermē sniam habet cū d. l. quæ dotis, de qua diximus supra. In ea l. 2. mater habebat Scia, & Pollā filias, & nuptui collocauit Pollā, quam passa est stipulari sibi reddi partem dotis proprio marito numeratam, quæ alioqui erat restituenda matri dotanti. Decessit mater, hærede instituta Polla, pro tertia suorum bonorum parte. Dubitatum fuit, an Polla petere posset portionem illā dotis. Et rñdendum videbatur, petere non posse, quia mater instituendo Pollā ipsam, in tertia parte suæ hæreditatis, vt voluisse compensare cū ea portione dotis stipulata à Polla sibi reddi, iuxta textū l. hm. di. §. cum pater de leg. 1. & l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matrim. & vtroque in loco scribunt interpretes. Contrarium tñ fuit diffinitum ab Antonino Imp. quod imò Polla consequi posset partem dotis sibi reddi stipulata, atq; ita locum non esse cōpensationi. Ratio est, quia quando testator relinquit aliquid creditori voluntario, præsumitur reliquit se non animo compensandi, sed vt vtrunq; habeat. l. creditor. ff. de leg. 2. & l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxor. actio. Et rursus nō psumitur à testatore relicū aō cōpensationi, qđ ipse met testator nō erat debitor, vt respōderunt Corn. in cons. 288. col. vlt. vers. insuper non cadit. lib. 1.

lib. 1. & Soc. iun. in cons. 79. nu. 83. & nu. 112. lib. 3. qui alios commemorat. In casu itaque d. l. 2. quod Polla de bebatur, debitum erat voluntarium mariti Pollæ, nō autem necessarium matris. Et ideo locus esse non potuit compensationi. Quòd autē esset ibi debitum voluntariū mariti Scie apparet, quia & voluntate matris dotantis, & consensu ipsius mariti adhibita fuit Polla ad stipulandum, atque ita debitum habuit initium voluntarium, sicque voluntarium verè dicitur, iuxta declarationem Imola in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matrim. & Alè. in d. l. huiusmodi. §. si pater. de leg. 1. & scripti in commētarijs de arbit. iudic. lib. 2. casu 182. num. 52. & in cons. 56. num. 15. lib. 1. Et præterea fuit debitum alienum, nēpe mariti ipsius Pollæ, quia mater dotās iam animo donandi (hæc pars ad rem nostram pertinet) permittit Pollam stipulari sibi reddi partem illius dotis, atque ita titulo donationis, pars illa dotis effecta fuit propria ipsius Pollæ, ob id locus esse non potuit compensationi. Ille autem animus donandi non ex alio sumi potest, quā ex eo, quod passa est mater Pollam filiam stipulari sibi reddi partem dotis, sicuti contingit in casu d. l. quæ dotis. ff. solut. matr. de qua diximus supra. Non enim aliud de donandi, animus colligi potest illo casu. Nec obstat d. l. huiusmodi. §. cum pater. de leg. 1. & d. l. si cum dotē. §. si cum pater. sol. matr. allegata supra pro ratione dubitandi, quia illa procedunt, quando debitū fuisset necessarium, vt ibi omnes declarant. Nam tunc legatū ipsi tanq̄ creditori, præsumitur animo compensandi relicū.

His intelligimū, minus recedē sensisse antiquos illos interpretes, qui opinati sunt, & hoc in casu præsumi adhibitum hunc stipulatorem non animo donandi, sed tanquam mandatariū, & procuratorem: Sicuti hac in opinione fuit gl. 1. in d. l. quæ dotis. ff. solut. matr. dum ita est interpretata responsū illud, idem fenserunt alij, qui glossam illam secuti sunt, & apertè salon ibidem numero. Horum argumenta leuia sunt. Nam adducti sunt. Primò ex d. l. quæ dotis. & secundo ex d. l. 2. Co. de iure doti. quæ tamen iura contrarium probare diximus supra. Nec illa verba donandi animo, posita in d. l. 2. sunt verba simpliciter narratiua, vt post alios scripsit Iaf. in d. l. quæ dotis. num. 1. quia verius est esse verba affirmatiua, quæ pro constanti præsupponunt, donationem fuisse factam, alioqui certum esset Pollam nō posse cōsequi partem illam dotis sibi reddi stipulata, sed debuisset restitui pro contingenti portione alteri forori cohæredi.

Tertiò solet adduci text. l. cum maritus. §. vlt. ff. de pactis dotal. vbi mulier, quæ marito dotem constituit, fratrem adhibuit ad stipulandum dotem sibi reddi, post mortem ipsius mulieris, deinde ipsa mulier moriens legauit marito res quasdam dotales, & seruis quibusdam libertatem. Dubitatum fuit, an legata essent præstantia. Respondit Scæuola præstantia esse. Quæ quidem non præstantur, si donatio facta fuisset illi fratri adhibito ad stipulandum. Nam semel effecta illius reuocari ab eo amplius non potuissent.

Verum facile rñdetur. Et primò Scæuolam ibi loqui in eo, qui stipulatus est sibi reddi totā dotē, quo in casu donatio non præsumitur, vt demonsttrauimus in tertio casu, vbi & rñsum hoc adduximus. Præterea & secundò rñdetur, fratrem illum fuisse hæredem institutum ab eā muliere sorore sua, & iō agnoscendo tanq̄ hæreditatem, et si dānosa fuisset, omninò affectus fuit præstare legata, sicuti respondit Scæuola in vltimis verbis illius responsi.

Quartò allegatur text. l. Scia. ff. de dote præleg. vbi similitis est casus, de quo in d. l. cum maritus. §. vlt. Et præterea responsiones adductæ supra, huc pertinent.

Quintò adducitur text. in l. cum quis decedens. §. nuptura. ff. de leg. 3. Mater duos habens filios ex primo viro, nupit secundo, & permisit filios illos stipulari dotē sibi reddi, soluto matrimonio, cōstante matrimonio de-

cessit vnus filiorum, Mater per epistolam petijt à filio superstitite, qđ partem illam dimidiam dotis se mortua acciperet, contentusque esset, alteram verò partē dimitteret marito. Deinde decessit mater marito superstite. Dubitatum fuit, an filius ille deberet consequi partem illā dotis à se stipulatam. respondit Scæuola, ex fideicommissio per epistolam relicto, posse retinere partem illā. Ecce, quod ibi stipulatus fuerat filius ille solummodo partem dotis, & tamen ei non debetur titulo donationis, sed fideicommissi. Non ergo præsumitur ab initio donatum filio, sicuti eo loci gl. vlt. animaduertit.

Verum respondetur, quod casus d. §. nuptura. est valde diuersus à nostro. Nam etsi filius ille stipulatus fuerit, sibi reddi partem dotis tantum, attamen aliam partem non fuerat stipulata mater, sed alter eius filius, atque ita ambo ipsi filij stipulati sunt integrā dotem sibi reddi, & ideo perinde est, ac si vnus tantum fuisset stipulatus totam dotem sibi reddi, quo in casu donatio nō præsumitur, vt diximus supra tertio in casu. Noster autem casus est, quando mulier adhibuit aliquem ad stipulandum sibi reddi partem dotis, & alteram partem pro se ipsa mulier retinuit, vt declarat post alios Iaf. in d. l. quæ dotis. nu. 12. ff. sol. matr. Cum enim nulla rō considerari possit, cur partē retinuerit, & alteram ab altero stipulari passa sit, quam causa donationis, donatio ipsa præsumi debet. Id quod non contingit in casu d. §. nuptura. vbi nihil pro se ipsa mater retinuit.

Sextò vrgere videtur ratio, quòd donatio non præsumitur, nec in toto, nec in parte, l. cum de indebito. §. 1. ff. de probatio. & in l. si cum aurum. ff. de solut. & diximus supra hoc maxime procedere in muliere, quæ sui natura auara creditur.

Ceterum responderetur, id procedere, tanq̄ quando sumi potest alia cōiectura, quam donationis, vt dicitur in d. l. si cum aurum. secus verò quando nulla alia præsumptio, quā donationis sumi potest, sicuti contingit in casu nostro, vt supra declarauimus.

Sextus est casus, quādo sumus in dubio, & stipulator ille fuit adhibitus ad stipulandum in vnum casum tantū, vt puta in casum soluti matrimonij per mortem ipsius mulieris. Hoc sanè casu præsumitur ille stipulator adhibitus animo donandi, secundum Bart. in d. l. quæ dotis. nu. 3. & ibidem Iaf. num. 1. vers. similiter reprobant. & Salic. in l. 3. col. 2. vers. si totum. C. de iure dotium. qui sic intelligunt d. l. cū maritus. §. vlt. ff. de pactis dotalibus, quæ quidem secundum interpretationem superiore in casu commemoratam non probat hanc Bart. traditionem. Recitius itaq; ac melius probat ratio, qđ stipulatio hæc facta in vno casu tantum, non habet aliam coniecturam, quam donationis. Non enim reddi posse videtur alia ratio, quare voluerit stipulatorem illum stipulari sibi reddi dotem illo in casu, non autem in cæteris.

Ceterū ab hac traditione Bartoli dissentiūt reliqui, vt testantur Iaf. in d. l. quæ dotis. nu. 1. & ibidem Bologn. nu. 42. Et ij quidem moti sunt per text. in l. post dotē. ff. solut. matrim. vbi pater adhibitus fuit ad stipulandum dotem datam filia, eam sibi reddi in vnum casum tantum, nempe diuortij, & tamen non præsumitur adhibitus animo donandi. Verum rñdet Iaf. in d. l. post dotem. num. 1. d. l. post dotem. loqui in patre, cui sine stipulatione illa competit ius repetendi dotem, quam seruare debet filia, vt iterum possit nubere. auth. quamuis. C. de rei vxor. actio. Nec repugnat, quod dicebat Bologn. in d. l. quæ dotis. num. 42. qđ si in patre adhibito ad stipulandum non præsumitur donatio, tamen si ius aliquod iam ei competat, quanto minus præsumi debet in extraneo, qui nullum ius ante ipsam stipulationem habebat. Nā responderetur maximam esse differentiam inter patrem, & extraneum. In extraneo nulla alia coniectura, quam donationis sumi potest, vt diximus. In patre verò coniectura



jeçura sumitur, q̄ ea stipulatione confirmare voluerit  
 ius sibi competens in exactione dotis, vt eam magis cō-  
 feruet filia, ne alius ex proprio iterum eam dotare te-  
 neatur. d. a. h. q. u. m. i. s. Secundo aduersus Bartolum  
 mouetur Bologn. vbi supra ea ratione, q̄ adhiberi quis  
 non potest ꝑ ad stipulandum dotem, in omnem euentū,  
 & casum; sed solū in casu soluti matrimonij, morte mu-  
 lieris. l. 2. ff. de pactis dota. & l. quamuis. C. eod. Castr. in  
 d. l. quæ dotis. in 2. notab. & ibidem Bologn. num. 25. &  
 sic semper tacite, vel expresse in casu mortis mulieris. si  
 ergo est vera Bart. traditio, semper adhibitus ad stipu-  
 landum, præsumitur animo donandi adhibitus. Et ta-  
 men hoc est falsum secundum ipsūmet Bart. quia ad-  
 hibitus cõsetur procuratorio nomine, multis in casibus,  
 vt diximus supra. Ergo falsa etiam hæc Bart. traditio de  
 stipulatione facta in vno casu tantum. Verum respon-  
 detur, quod adhiberi ꝑ quis potest ad stipulandum do-  
 tem sibi reddi, etiam alio casu soluti matrimonij, quam  
 per mortem mulieris, vt in casu diuortij, vel etiam mor-  
 tis mariti. Nam potest mulier ꝑ quo ad sui detrimentum  
 sibi præiudicare in dote sua, quæ proptium eius patri-  
 monium dicitur, l. 3. §. vtrū. ff. de min. Et ideo videmus,  
 ꝑ filiam posse consentire patri, vt sibi appropriet actio-  
 nem dotis. l. quoties. l. post dotem. & l. penul. §. si vestre.  
 ff. solut. matrim. Nec obstat d. l. 2. ff. de pactis dota. & l.  
 quamuis. C. eod. quia verè illæ procedunt ne detrimen-  
 tum marito inferatur. Ita declarant Iason in d. l. que do-  
 tis. nu. 2. & ibid. Claudius Seyfell. n. 2. & Imol. in l. pen-  
 ff. sol. matr. Et ideo ratio d. l. 2. & d. l. quamuis. ne mulier  
 maneat indotata, non est generalis, sed particularis in  
 eo casu tantum, & si aliter sentiat Bologn. num. 25.

Septimus est casus, quando sumus in dubio, & is, qui  
 stipulatur dotem a se datam nomine mulieris, adhibe-  
 tur ad stipulandum eam sibi ꝑ restitui suscepto mādato ab  
 ipsa muliere. Hoc enim casu præsumptio est, q̄ is stipu-  
 lator fuerit stipulatus dotē sibi reddi procuratorio no-  
 mine ipsius mulieris. Ita in specie declarat Bal. Nouell.  
 in tract. de dote, par. 6. priuileg. 69. num. 2. quem secutus  
 est Ias. in d. l. quæ dotis. num. 24. ff. solut. matr. sic intelli-  
 gentes tex. l. idemque. §. si cui mandauero. ver. si mater.  
 ff. mandati. vbi mater dotē filiz constituit, deinde man-  
 datū a filia suscepit, vt stipularetur dotē sibi restitui, at-  
 que ita stipulationē interposuit. Dubitatū fuit, an ani-  
 mo donandi adhibita fuerit ad stipulandum, vel potius  
 procuratorio nomine. Et nomine procuratorio fuisse  
 adhibitam respondit Ibi Vlpianus ex Papiniani senten-  
 tia. Ea est rō, quia ꝑ actus præsumitur factus ob causam  
 præcedentem. l. qui in aliena. §. i. ff. de acq. hæredit. & in  
 specie est gl. in l. post dotem. in 3. lect. ff. solut. matrim.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando  
 filia simpliciter admittit, passaque est, matrem stipulati  
 dotem a se datam sibi restitui. Nam tunc non præsumi-  
 tur admittit ad stipulandum procuratorio nomine. Ita  
 declarat Bald. Nouell. in d. priuileg. 69. num. 2. motus  
 l. si non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati.  
 vbi, si mihi aliquid donasti, & postea te adhibeo ad sti-  
 pulandum certam summam, vel quid aliud a meo debi-  
 tore, præsumitur te fuisse adhibutum animo donandi,  
 non autem tanquam procuratorem meum. Et tradit  
 Bar. in l. cum quid. num. 7. ff. si cert. pet. & in d. l. quæ do-  
 tis. num. 3. ff. solut. matrim.

Octauus est casus, quando is, qui stipulatus est dotem  
 sibi restitui, non fuit ꝑ adhibitus a muliere, sed mulier  
 ipsa passa est illum sibi stipulari. Potest afferri egregium  
 exemplum, quando frater, qui dispositione statuti exclu-  
 dit sororem a bonis patris, ei tamen dote constituta, si-  
 cuti dispositum est statuto 95. Papienus in ciuilibus, sub  
 rubr. Quod mulieres maritate, &c. q̄ inquam frater  
 dotē pro sorore numerat eius marito, & stipulatur sibi  
 eam restitui, decedente sorore sine filijs. Hoc sanè casu

mulier non præsumitur donasse ipsi fratri dotem, eue-  
 niente casu ipsius restitutionis. Ita in specie docuit Lu-  
 cas de Penna in l. vnica. col. pen. ver. hæc faciūt ad que-  
 sitionem. C. de imponen. iura. descrip. lib. 10. qui mulie-  
 ris taciturnitate perpendit. Et propterea inquit Lucas,  
 q̄ mulier potest suo testō de ea dote ad libitum dispone-  
 re, cum non licuerit fratri adijcere illud onus restitutio-  
 nis. Et Lucam secutum est sacrum consilium Neapoli-  
 tanū, teste eruditissimo Vincentio Franco in decis. 196.  
 quo quidem fuit decisum, quoad bona, quæ necessariō  
 causa dotis forit ipsa consecuta fuerat. Nam illa frater  
 grauare non potuerat. secundum Bal. in l. si ania. nu. 10.  
 C. de iure dotium. Quo verò ad bona, quæ vltra pater-  
 na, ex proprio frater dederat, decidit ipsū sacrum cō-  
 silium, licuisse fratri onus restitutionis imponere, & cō-  
 sequenter sororem de eis testari non potuisse. Quæ sanè  
 decisio, vt vera, rationi, æquitatiq̄ maximè consenta-  
 nea est, sic digna fuit amplissimo illo cōsilio, in quo præ-  
 ter eruditissimum ipsū Fracum, sedet & Hieronymus  
 Olzianus Patavinus, nūc Propreses meritisissimus, cu-  
 ius ego singularem eruditionem, summamque integri-  
 tatem sum summopere admiratus. Est enim perillustre  
 sapientissimumque virum, de facie nunquam nouerim,  
 eius tñ doctissima scripta, quæ pro sua singulari humani-  
 tate mihi benignè cōicare dignatus est, in tantam me  
 traxerunt admirationem, & spem certam, vt dubitē ne-  
 quaquā, quin Præsidis locum sit aliquando ingressurus.

Nonus, & vltimus est casus, quando descendens ꝑ ad-  
 hibet ascendentem ad stipulandum. Hoc casu præsumi-  
 tur q̄ animo donandi adhibuerit. Ita Bar. in d. l. que do-  
 tis. nu. 11. & ibidem Ias. num. 5. ff. solut. matr. & latius  
 Campeg. in tract. de dote, par. 3. q. 112. & Rain. in conf.  
 171. num. 19. lib. 1.

*Donatio inter viuos, vel causa mortis, an præsumatur  
 illa, quam mulier facere dicitur stipulatori, qui est  
 stipulatus dotem sibi restitui in casu dotis resti-  
 tuenda?*

*S V M M A R I V M.*

- 1 Donatio que stipulatori de dote reddenda facta præsumitur  
 quando censeatur inter viuos. num. 2. & 3.
- 2 Et quando mortis causa donatio præsumatur. nu. 4. & 6.
- 3 Mortis mentione facta, causa solum dilationis, donatio censeatur  
 inter viuos.
- 4 Donatio causa mortis, quibus de causis reuocari nequeat.
- 5 Mulier adhibens stipulatorem pro se suisque hæredibus, de red-  
 denda dote, inter viuos præsumitur donasse.
- 6 Legatum pendente conditione non transmittitur.
- 7 Stipulatus sibi partem dotis reddi, matrimonio morte mulieris  
 soluto, vtrum donatio inter viuos ex parte mulieris præsu-  
 matur. Vel potius causa mortis. num. 14.
- 8 Mulier coniugata inter viuos donare, in detrimentum mariti  
 nequit.
- 9 Donationem causa mortis, penitentia donantis reuocari.
- 10 Donationem inter viuos, mutatione voluntatis donatoris, non  
 reuocari.
- 11 Donationem causa mortis, admittere falcidia detractionem.
- 12 Inventarium quando conficitur, non confunduntur actiones.
- 13 Inventarij beneficium, vel l. vlt. C. de iure delib. non erat inue-  
 tum tempore l. quæ dotis. ff. solut. matrim.
- 14 Trebellianicam non detrahit hæres, inuentario non confecto.
- 15 Debitor voluntario legante creditori, compensationi non est  
 locus.
- 16 Dotem sibi reddi stipulatus mixtim, soluto matrimonio, vel di-  
 uortio, vel morte maris, an donatio mortis causa, vel inter  
 viuos præsumatur.
- 17 Stipulans simpliciter dicitur stipulari in omnem casum.

*Expressio*

- 22 Expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur.
- 23 Dos alteri soluto matrimonio reddi stipulata, si filiorum inter-  
 sit donationem eam non reuocari, inter viuos censeatur.
- 24 Dos vtrum stipulatori donatione inter viuos, vel mortis causa  
 tradita præsumatur, permultum interest.

*P R A E S V M P T. XI.*

Differuimus superiore disputatione certis in casibus  
 adhibutum ad stipulandum dotem datam mulie-  
 ri, sibi stipulatori reddi soluto matrimonio, præsumi ad-  
 hibitum animo donandi ipsi stipulatori, sicut diximus  
 in quinto, sexto, & septimo casu. Nunc dubitari conti-  
 git, an donatio hæc præsumatur inter viuos, vel causa  
 mortis facta? Quæ disputatio diffiniri sic potest, distin-  
 guendo, & constituendo aliquot casus ex sententia Bar.  
 & aliorum, quos suis locis commemorabimus.

Primus itaque est casus, quando vel claris verbis, vel  
 manifestis coniecturis constat ꝑ mulierē adhibuisse sti-  
 pulatorē illū, vt ei donaret inter viuos. Hoc casu cessat  
 omnis dubitatio, atque ita dicitur donasse inter viuos.  
 Ita Bar. in d. l. quæ dotis. num. 3. ver. nam habes.

Exemplum adfertur potest, quādo sunt verba clara, vt  
 si dixit, se adhibere stipulatorem ad stipulandum pro se  
 ipso ꝑ irrevocabilitate. Hęc enim verba manifestè signifi-  
 cāt, donationem esse inter viuos. Ita Bar. in l. 2. n. 2. ver.  
 primo casu. C. de iure dotium. Qui dixit, hanc esse dona-  
 tionem inter viuos collatam post mortem mulieris, ex  
 l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. Ita in spē Campeg.  
 in tract. de dote, par. 3. q. 110. nu. 1. in fin. & alios plures  
 refert, & sequitur Ias. in d. l. quæ dotis. nu. 31. qui nu. 34.  
 subiungit post Aret. & alios, multo magis locum habe-  
 re, quando ꝑ adhibitum etiam fuit iuramentum.

Secundus est casus, quando stipulator est adhibitus  
 ad stipulandum, vt pro se habeat ꝑ post mortem ipsius  
 mulieris. Hoc in casu præsumitur adhibitus ille stipula-  
 tor animo donandi cau. mor. Ita Bar. in d. l. quæ dotis.  
 num. 3. ver. aut dubitatur. ff. solu. matrim. Bald. in d. l. 2.  
 num. 3. C. de iure dotium.

Cum enim sit mentio mortis in donatione illa, præsu-  
 mitur causa mortis facta. l. Scia. ff. de dote præle. de qua  
 tamen dicemus infra suo loco, & melius probat text. in  
 l. Scia. ff. de donat. causa mortis.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quādo fa-  
 cta est mentio ꝑ mortis, causa dilationis. Nam tunc non  
 præsumitur facta donatio causa mortis. Ita Bar. in d. l. 2.  
 nu. 3. in fine. C. de iure dotium. & Ias. in l. quæ dotis. nu.  
 40. 42. adducti text. l. Scia. in fin. ff. de dop. caus. mortis.

Tertius est casus, quādo ꝑ nulla est facta mentio mor-  
 tis, sed dictum est, q̄ non posset vno in casu reuocari, vt  
 puta per reconualescentiam. Hoc in casu donatio non  
 præsumitur causa mortis. Ita Bald. in d. l. 2. nu. 2. verfic.

secundo casu. C. de iure dotium. Cum enim donatio ꝑ  
 causa mortis reuocari possit multis de causis, hoc est,  
 reconualescentia donantis, penitentia eiusdem donato-  
 ris, & præmorientē ipso donatario. l. non omnis. ff. si cert.  
 pet. & declarant Bald. in d. l. 2. nu. 2. ver. secundo ca-  
 su. C. de iure dotium. si ergo mulier hæc, promittit non  
 reuocare in casu reconualescentiæ, firma manet facultas  
 reuocandi ex alijs causis, & consequenter dicitur dona-  
 tio causa mortis. Ita Bald. præcitato in loco.

Quartus est casus, quando mulier adhibuit stipulato-  
 rem ad stipulandum pro se, & suis hæredibus. Hoc in ca-  
 su ꝑ præsumitur donatio inter viuos. Ita Bar. in d. l. 2. nu.  
 4. ver. quid. n. si iste filius. C. de iure dot. Ias. in d. l. quæ  
 dotis. nu. 48. ff. sol. matr. Aret. conf. 74. n. 5. ver. tertio mo-  
 ueri. Soc. sen. conf. 5. n. 5. lib. 1. Ea rōne motus est Bald.  
 quia mentio heredum conuenit donationi inter viuos,  
 quæ ad hæredes transmittitur, non autem donatio cau-  
 sa mortis, quæ donatio habet naturam legati: q̄ ꝑ pen-

dente adhuc conditione nō transmittitur. §. est, & aliud  
 in ist. de don. & tradunt Doct. in l. vlt. C. de pactis.

Quintus est casus, quando verè sumus in dubio, sicuti  
 quando stipulator a muliere adhibitus stipulatur sibi  
 reddi partem dotis solu. matr. morte ipsius mulieris.  
 Hic casus habet multam dubitationis. Nam multi exi-  
 stimarunt, hanc præsumi ꝑ donationem inter viuos. Ita  
 Bar. in d. l. quæ dotis. nu. 3. prope finem. ff. solut. matr. &  
 apertius Bal. in d. l. 2. nu. 4. C. de iure dot. & Campeg. in  
 tract. de dote, par. 3. q. 110. in princ.

Primò adducitur tex. l. quæ dotis. ff. sol. matr. præsup-  
 ponendo, quod ibi stipulator ille sit adhibitus animo  
 donandi, sicuti demonstrauimus superiore disputatione.  
 Quæ sanè donationem præsumi inter viuos, ex eo colligi-  
 tur, quod Paulus Iurisconsult. appellat mulierē illam debi-  
 tricem, quæ dici non posset debitrice, si donatio fuisset  
 mortis causa facta, quia expectāda fuisset eius mors, at-  
 que ita pendente ipsa conditione, dici non potuisset de-  
 bitrix. Et propterea stipulator ille appellatur creditor,  
 dū inter ceteros creditores enumeratur. Ergo donatio  
 fuit inter viuos, quia si esset causa mortis, ille stipulator  
 non diceretur creditor, conditione (vt dixi) pendente.  
 Verum responderi potest, quod imò præsumitur dona-  
 tio causa mortis. Quandoquidem mulier illa erat  
 coniugata, ꝑ & propterea non poterat donare inter vi-  
 uos, quia detrimentum fuisset illatum marito, iuxta l. 2.  
 ff. de pact. dotal. & l. quamuis. C. eod. Ergo fuit donatio  
 mortis causa.

Nec obstat, quod mulier ibi appelletur debitrice: & il-  
 le stipulator connumeretur inter creditores, quia respō-  
 detur, mulierem appellari debtricem respectu aliorum  
 creditorum, quorum causa dixerat Iurisconsultus hære-  
 ditatem fuisse damnosam, & paulo post mentionem faci-  
 cit creditorum. Ille verò stipulator appellatur creditor,  
 posteaquam euenit casus donationis.

Secundò adducitur tex. l. cum maritus. §. vlt. ff. de pa-  
 ctis dotal. mulier pacta est cū marito, quod si ipsa prius  
 moreretur, dos restitueretur fratri suo, mulier decedens  
 res quasdā legauit marito. Ille frater petebat a marito  
 res dotalis ei legatas sibi restitui. Dubitatū fuit, an resti-  
 tuendæ essent. Et respondēdum videbatur, non esse resti-  
 tuendas; quia mulier adhibendo fratrem donauit ei  
 post mortem suā, & ideo videbatur donatio facta mor-  
 tis causa, quæ penitentia donantis reuocari potest. l. nō  
 omnis. ff. si cert. pet. & l. Scia. ff. de don. causa mortis.  
 Cū ergo mulier res quasdam ex dotalibus legasset mari-  
 to, videtur penituisse donationis factæ fratri suo. l. rē le-  
 gatam. ff. de adim. leg. Contrarium decidit Scæuola in  
 d. l. cum maritus. §. vlt. quod imò maritus teneatur resti-  
 tuere res illas dotalis sibi legatas, iam donatas fratri.  
 Ratio est, quia illa donatio censeatur facta inter viuos, &  
 sic collata post mortem, & consequenter irrevocabilis,  
 & ob id mulier legare nil potuit ipsi marito.

Verum responderetur primò vtrū cum Bar. d. l. quæ do-  
 tis. nu. 3. ver. sed contra istud. ff. sol. matr. quod in casu  
 §. vlt. ob id existimauit Scæuola, donationem fuisse inter  
 viuos, quia geminatus actus stipulationis, & promissio-  
 nis intercessit. Vnus fuit mulieris erga fratrem ipsūm  
 suū, alter mariti erga eūdem vxoris suæ fratrem. Et hæc  
 Bart. interpretationem probant ibidem Ias. nu. 35. &  
 Bologn. n. 46. ver. potes etiam. Aret. in conf. 74. col. 2. ver.  
 sic. secundo moueor. Soc. sen. in conf. 53. n. 4. ver. confir-  
 mantur prædicta. li. 1. Nec repugnat consideratio Imol.  
 aduersus Bar. quia illi respondet Aret. præcitato in loco,  
 quod probat & Ias. in d. l. quæ dotis. n. 37.

Respondet secundò Ias. in d. l. quæ dotis. n. 38. quod  
 in casu d. §. vlt. tria cōcurrerant, nempe geminata stipu-  
 latio, & promissio, & sanguinis coniunctio. Nam mulier  
 illa donauerat proprio fratri. Quæ quidem interpreta-  
 tio vera non est, quandoquidem Scæuola fundamentū  
 non